RESERVADO
1481
B. N. L.

RESERVADO

R / 1481

M
25
15
5-310

Res. 1481^1-p
RESERVADO
1
BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

# AD IOANNEM TERTIVM INuictiſſimum Portugalliæ, & Algarbiorum regem Africum Arabicum, Perſicum, Indicum principem piiſſimum.

Duæ Ioannis Fernandi Rhetoris Conimbricenſis orationes.

AD PRINCIPEM LVDOVICVM De Cælebritate Academiæ Conimbriceñ.

ORAtio funebris habita in funere inclyti Eduardi. Filij D. N. R.

CONIMBRICÆ.

M. D. XL. VIII.

# Ioani tertio luſi-
# TANIAE ET ALGARBIO-
# rũ regi inuictiſſimo, Africo, Arabico, Indico, Principi pientiſſimo,

Ioannes Fernandus Rhetor Conim
bricenſis Salutem, Victoriam
Et æternam exoptat
felicitatem.

*CVM princeps Ludouicus Luſitaniæ tuę Infans, frater tibi germanus chariſſimus hęc regia gymnaſia uiſeret, Rex inuictiſsime, ex more, & munere meo mihi ab ampliſſimo ordine iniunctũ eſt: ut panegyrica oratione unus pro omnibus illum exciperem: & de tã immenſo beneficio gratias agerẽ. Hæc mihi conſecuturus pro rei dignitate uidebar: ſi totius orationis noſtræ cõfor*

*matio in regiam munificētiam tuā, qua liberaliſſimus, & munificentiſſimus rē literariā ꝓſequeris, deſtinaretur. Hic mihi unus ſcopus petitus eſt: hanc unam arbitrabar dignā delicatiſſimis Ludouici auribus materiā. Quā & ſi æquā humeris meis neſciebā: ſi tamen lectam potenter curarē nec facundia, nec lucidus ordo deſperabantur conſecutura.*

*Verſanti igitur mihi et explorāti, quā do breuiter dicēdū eſſet, quid dicerē potiſſimū: tandē placuit, non ædificiorum moles, non collegia, uon cœnobia, non adeo plura, & ampla beneficia quibus bonam ſtudioſæ iuuentutis partē alis: ſed uiros undecunq; doctiſſimos, quos e tam diuerſis & longe poſitis locis huc quaſi in mundi theatrū euocaſti, laudare, & ſuis quemq; coloribus depingere. Qua in re & ſi aliter per tabulæ angu*

ſtias non licuit, uix usquã totus corpus ſed huius caput, illius manus, oculos uel aurẽ tantũ pingo, ut imaginũ frequẽtia umbris etiam & lumine cõpenſetur: quod in ſingulis abſoluta artis elegantia deſiderabat. Nam in laudando principe Ludouico uideo plane uſu eueniſſe mihi quod in geographicis picturis, ubi linea Nilus, & Roma pũctus eſt. Quãtum aũt ad exiguum ingenij, & eruditionis meæ modulũ pertinet, utinam rex inuictiſſime illis Callimachi uerſibus uere hoc epiſtolium clauderem.

ὁ φθόνος ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν
οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντυς ἀείδει
τὸν φθόνον ὡπόλλων ποδί τ' ἤλασεν ὧδέ τ' ἔειπεν
ἀσσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος ἀλλὰ τὰ πολλὰ
λύματα γῆς καὶ πολλὸν ἐφ' ὕδατι συρφετὸν ἕλκει
δηοῖ οὐκ ἀπὸ παντὸς ὕδωρ φορέουσι μέλισσαι
ἀλλ' ἥτις καθαρή τε καὶ ἀχράαντος ἀνέρπει
πίδακος ἐξ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον
χαῖρε ἄναξ. ὁ δὲ μῶμος ἵν' ὁ φθόνος ἔνθα νέοιτο.

SI QVAS ACTVRVS ſum tibi gratias, prin-
ceps ſereniſſime, vel
huic tuo erga nos imor
tali beneficio, vł huius
ampliſſimi ordinis vo
luntati, cuius iuſſu & nomine ago, mini
me reſponderint: meæ infantiæ potius:
q̃ tuę fortunæ horumue animo tribuen
dum putaueris. Quæ enim poteſt eſſe
tanta ingenij vbertas: vnde vis inuenti
onis emanat, Quæ tanta ornate dicēdi
copia: vnde lumina orationis petuntur,
quod tãtum, ac tam diuinum orationis
genus: cuius philtris quaſi hamatis acu
leis mortalium animi trahuntur, & de-
tinentur, quæ deniq; agendi vlla tanta
ſuauitas, aut vinæ vocis energia: quæ
hoc decus vnicum, hoc lumen quod ho
dierno die tua præſentia literis noſtris
irradias: nō dicam oratione complecti
poſſit, ſed nec ad vmbrare tantum aut
narran

narrando recenſere? Quod ſi ingenij acumẽ, cui primum res tota literaria debetur, cariſſimum habere debemus: ſi memoriæ tenacitas, cui tãquam fideliſſimo theſauro vniuerſam philoſophiã credimus, in precio futura eſt: ſi tot annorum curricula quibus in literis profecimus, multum nos debere profitemur ſi ſudoribus, ſi vigilijs, ſi diatribis, alijsq; hoc genus, quibus aliquod nomen, decusq; in literis geſſimus, nos iure addicimus: inmenſũ profecto, ac infinitũ eſt quod tibi debemus princeps ſereniſſime, cuius fauore, & munificentia, cuius regia præſentia ingenij acumẽ, memorię tenacitas, tranſacta, & impenſa functioni literariæ tẽpora, ſudores, vigiliæ, diatribæ, aliaq; id genus immortalitati conſecrãtur. Qui enim fieri poteſt vt illud mortalitatis conditionẽ nõ exuat, quod princeps Ludouicus. dum viſit, prorſus in deos refert: hoc eſt, me

di

dis omnibus reddit inmortale? Quo
igitur minus mihi vitio detur, ſi tanta-
rum rerum pondere ſuccumbam: ſubit
animum. P, C. principis vobis Ludoui
ci eximias animi, & corporis dotes po-
nere ante oculos: ipſiq; Principi de ve-
ſtra omnium virtute, & ſingulari erudi
tione nõnihil dicere. Ita ſane fiet, vt no
ſtra hæc gratiarum actio ipſo materię
nitore niteſcat. Et dum regis inuictiſſi
mi in ex hauſtam munificentiam expo
no: digna eſſe noſtra quæ tantus prin-
ceps viſat oſtendam. voſq; iure, & me
rito dum eius immenſa ꝑ merita erga
vos agnoſcitis. per me de tam immẽſo
beneficio gratias agere. Quæ oĩa prin-
ceps ſereniſſime, dum breuiter expono
quæ tua ſemper fuit humanitas, atten-
tiſſimas mihi aures præſtabis. Illuſtrat
hodierno die veſtrũ hunc ornatiſſimũ
conſeſſũ patres grauiſſimi, Ludouicus
Luſitaniæ infans cuius generis ſtẽmata
ſi re-

ſi retro ad caput voluantur: omnes nobi
litatis forulos excutias neceſſũ eſt. Fuit
enim hoc Iam olim Luſitaniæ Regibus
conſuetum, & prudenter factum: & op
timas, & nobiliſſimas fœminas in vxo-
res ducere, Nam ſi verum eſt quod ait
Euripides, generoſas nuptias præſtare
opulentis: quid futurum putas, ſi ſint &
generoſæ ſimul & opulẽtæ? Hinc factũ
eſt: quod ex Anglia Celtiberia Legiõe,
vt Caſtellam omittamus, ſatraparum,
dynaſtrarum, & regũ filius Luſitanos
reges ſibi duxiſſe legimus. Duxit Alfõ
ſus primus Imperij, & dictionis Luſita
næ propagator, & auctor Mofaldã, nõ
illam quidem regum filiam, ex nobiliſ-
ſima tamen Larenſium familia, cui ho-
die Manricorum gens illuſtriſſima de
betur. Nupſit Sãctio Vrraca Aragoniæ
Regis filia, Alfonſo ſecundo iterũ Vrra
ca Alfonſi illius qui innumeram mauro
rum multitudinem in Nauis Toloſanis

prodi

prodigioſa victoria præeunte diuo Iacobo ſuperauit. Beatricem caſtellæ Regis filiam ſibi matrimonio cõiunxit Alfonſus tertius Bononienſis prius comes vir acer, & iuſtus. Dionyſius ille pater patriæ qui primus in hac inclyta vrbe muſis gymnaſia poſuit, vxorem habuit Iſabellam Petri Aragonię Regis filiam cuius aram, & ſecellum miraculis etiam illuſtre in ſanctiſſimo diuæ claræ cœnobio ſolenni cultu & magna frequentia tãquam diuæ indigetis celebramus. Beatricem ſanctij Caſtellæ Regis filiã Duxit Alfonſus quartus ille belſo ſtrenuiſſimus qui coniunctis caſtris cũ genero ſuo Alfonſo Caſtellæ Rege, paribus auſpicijs ad quadringẽta maurorũ milia neci dedit, illo celebratiſſimo prę lio quod vulgo á ſalato appellamus. Petrus iuſtus ille verius, quàm crudelis Coſtançam in matrimonio habuit Emanuelis Ioãnis regia apud Caſtellanos progenie

genie dynaſtæ clariſſimi. Philippã Alẽ
caſtri ducis filiã ex antiquiſſima regũ
Angliæ,& Germaniæ imperatorũ pro
ſapia vxorẽ duxit Ioannes primus Por
tugalliæ inſtaurator,& vindex: qui Ca
ſtellanos viros bello ſtrẽnuos vna cum
rege,& ingente armatorum vi prælio
Aliubarotenſi ſuperauit. Nupſit Edu-
ardo Leonora Aragoniæ regis filia: cu-
ius nuptijs ſplẽdidiſſimis præſentẽ fe-
licitatẽ debemus. Peperit enim illa Fer
nandũ inuictiſſimi Emanuelis patrem
& Ludouici noſtri auum clariſſimum.
Alfonſus Eduardi filius vxorẽ habuit
patruelem Iſabellam Petri infantis tu-
torem ſui filiam, quem inteſtino bello
de medio ſubſtulit. Ioãnes ſecũdus vir
impiger & experientiſſimus, ille nõ ſo
lũ bello inuictus, verum etiã cæterarũ
rerum pater familias diligẽtiſſimus, &
prudẽtiſſimus Leonoram in matrimo
nio habuit patrui Fernandi filiam pru
den

dentiſſima fœmina,& quæ ſuoru acer
biſſima funera,in matura & crudelia,
Oratorū ſeriē,ꝑ cōiugis gloria,&inco
lumitate forti,& æquo animo tolerauit
Inter has tamē omnis pari paſſu cū di-
ua Iſabella vadit ad cęleſtia tēpla,& im
mortales triumphos Maria Catholico
rum Regū filia Ludouici mater. Quæ
non ſolum regis fuit filia,regis vxor,&
regis mater,quod tanquam rarā,&ſoli
dam felicitatē,lampido Lacædemonia
habuiſſe fertur,verum etiā eximia ſan
ctitate talis,quòd ſi accederet pōtificis
calculus,merito in diuorum numerum
relata & eſſet,& haberet: Patris genus
ad eundem fontem refertur,agnatione
tamē ad vngarię reges ſpectat idq; per
Enrricum Vngariæ Regis ſecundum
filium:cui ob claritatem gentis & rerū
geſtarum in mauros dexteritatē Mag-
nus Alfonſus qui Toletum vrbem Re-
giam a mauris recuperauit Tireſiā filiā

in

7

in vxorem, & Portugalliam indotē in dulſerat. Emanuel igitur Rex inuictiſſimus Ludouici pater vt taceam deuictas tā longe poſitas in alio orbe gentes & apertū poſt tot ſecula iterū Hiſpanienſibus nauibus occeanum: vt taceā bonam Africę partem luſitanorum armis coactam, & recuperatam: vt taceā alias egregias dotes quas habuit innumeras: animi manſuetudine, morum ſuauitate & facilitate tantopere enituit: vt in ſumma regni maieſtate priuatum agere videretur: inde amari omnibus, coli, & ſuſpici: inde de Regis ſalute magis omnes quam de ſua quēq; ſolicitari: Mihi. P. C. quoties principem Ludouicum video, nam vidi non ſemel, toties venit in mentem Auus catholicus Fernādus inquē hic mihi regeneratus videť. Hęc eſt illa frontis maieſtas, hæc eſt illa vultus alacritas, hic eſt ille corporis ſtatus, & habitus, hæc eſt illa animi cōſtantia

& ſub

& ſublimitas rerum omnium capax. vt vigorem, dexteritatem, magnanimitatē, cęterasq; omneis belli, & pacis artes taceam. Et vt ingenue dicam quæ ſentio, inter tam multos nepotes omnis imperatores reges, & filios regum quos ille feliciſſimus Fernādus ſuperſtites reliquit: hunc ego admirari ſoleo maxime quia mihi Fernandi maieſtatem ſpirat & refert. Nam Fernandus, & Iſabella, pace omnium dicam, virtute & Fortuna omnes occidentis reges ſuperaruun. Si igitur ex bonis naſcunt̃ boni: & quē admodum vitium, olearū, cæterarūq; rerum ſemina, ſic etiā virtutes liberis cōmunicātur: tam vaſta bonorum omnium ſylua, & relictę hæreditate auorū virtutes, vt bono ſimus animo, pollicentur. P. grauiſſimi, futurūq;, vt hanc veſtram animi ſignificationē qua illi gratias agitis immortales, æqui boniq; conſulat princeps humaniſſimus. Cuius animi

nimi dotes,quæ vera ſunt hominis bona expendenti mihi nulla profecto tanto rerũ faſtigio par inueniri poteſt oratio. Duas tamen contẽplari tantum in præſentia vacat: religionis cultũ, cuius fons eſt pietas,& rei militaris ſcientiã, quæ maxima quæq; imperia & peperit & ſtabiliuit. Pietatem principis matris ſanctiſſimæ educationi acceptam feramus,longo etiã generis filo quod principes multos piiſſimos & Chriſtianiſſimos explicabit. Fuit enim hoc inſitum, ac penè peculiare Luſitanorũ principũ maioribus religionẽ ſarcta tecta tueri aras,tẽpla ſacerdotia in primo loco ducere: ad cultum diuinæ maieſtatis ſubditos & exhortari,& cogere. Iuſtum ꝑfecto ac pium ſtudium,reges qui a ſummo ſunt rege agnoſcere poteſtatis ſuæ autorem omneſq; belli & pacis conatus eò referre. Quod ſi feceris, nunquã pacem habeas ſine dignitate, nunquã bel

lum

lum inuictū ineas. Pauca hactenus bella obtulit temporis ratio quæ principis noſtri pręſentiam deſiderarent: fuerūt tamen multa huius conſilio, & autoritate geſta feliciter. Virtutē etiam militarem cæſaris ſigna ſecutus exeruit. Nā cum potuiſſet iuſti adeo exercitus quē cum ingēti claſſe cæſari ſuppetias inuictiſſimus frater miſerat, ſummū ducē agere: cū etiam ꝓprio ſumptu, qui ampliſſimam dynaſtiam exerceat magnā militum manū colligere: maluit tamen alienis auſpicijs, feliciſſimis tamē & ampliſſimis apud cæſarem militare. O felicem tāto milite imperatorem, habebat in concilio Neſtorem, in acie Achillem Quid nō erat Carolo Ludouicꝰ? Quid illi nō præſtabat? Fortitudinem in periculis, in agendo induſtriam, in conficiendo celeritatem, in prouidendo conſilium. Hæ ſunt genuinę militū artes & verę imperatoris virtutes. O ſi licuiſ-

ſet

let hic mihi oratorē agere, hoc eſt, am plificare &ex ornare omnia nihilq; ſine honore verborum præterire. Cui nam deeſſe poſſet oratio? In hac materia, Menelaus eſſet vlyſſes, & Neſtoris ſua vi loquentia ſuũ haberet cāpum: Quia vero ad clepſydrā dicimus, vtamur noſtris horis: & dum ſingula tum infantia tum ĩgenij culpa deterimus, quod ſecũdo propoſuimus loco latius exequamur

Dum altius regum & imperatorũ opera contemplor princeps ſereniſſime, illa video quoſdam admirari magis quæ minus mortalium vſui patuerunt. Barbaras enĩ AEgypti pyramides, & Cariȩ Manſolea: coloſſos, & amphitheatra: quæq; alia nomine miraculorum admiramur: omnia vetuſtate confecta, aboleuerunt: facta nimirum ad oſtentationem vel ingenij, vel opũ: marmore, auro, & argento quæ omnia vana ſunt, & caduca: mortalibus commendata. Quæ

vero excolendo hominum animo prin
cipes, aut præclariſſimas quasq; reſpu
blicas feciſſe legimus: aut ſtant prorſus
aut ſi eius ſunt ingenij, vt ſtare non poſ
ſint; mirum, quæ ſui poſteris monimē
ta reliquerint. Vix hodierno die vrbis
Athenienſiū veſtigia videmus: viuētes
tamen Athenas, ac ſentientes idq; mul
to melius quā cum floruerunt maxime
quis non videat, cui ad Platonis, vel Ari
ſtotelis ſacraria pateat aditus? Expreſſa
mihi magis Roma & Auguſtior aureis
illis Ciceronis, & lacteis Liuij eloquijs
eſt quàm ea quæ hodie à tammultis am
bitionis potius quàm pietatis cauſa viſi
tur. Cum igitur hoc ampliſſimū, & Pla
ne Regium opus quod vides, princeps
ſereniſſime, & munificentiæ inuictiſſi
mi Regis noſtri fratris tui, & prudētiæ
debeatur: vellè ego, ita graphice ſingu-
la deſcribere: vt nō Apellem ſuperaſſe
ſed diuinum illud orationis genus quo
Afri

Africanus apud Ciceronē Scipioni filio de excelſo, pleno ſtellarū, illuſtri & claro loco tēpla hæc quæ ſuſpicimus aut incolimus: quęq; ab elegātia mundū dixere latini, oſtēdebat: aliqua ex parte referre poſſen. Et o vtinā queādmodū illi dū ſingula enarrat, ipſa mundi lumina in orationem deſcendūt ita mihi dum ex hoc excelſo loco ſingulas regiæ liberalitatis partes velut mēbra ad vnū corpus reuoco: non rei maieſtatis luminibus officeret: ſed perſpicuitatis, & ornamētorū luce tota noſtra colluceret oratio, Primum, vt lætis ominibus muſarum ſtudia procederent: hanc aulam templum regiæ maieſtatis pulcherrimum muſis in muſeum conceſſit. Qua parte Cęſares omnes mihi ſuperaſſe videt Qui pulchre, & honoreficētiſſime cū literis egiſſe videbantur ſi vrbe Roma literarū profeſſores donaſſent. Noſter tn̄ rex munificentiſſimus, vrbē, regnū

& regia ipſam muſis largit. Neq; erat alioqui locus qui regios ꝓfeſſores dece ret. Par ꝓfecto erat, eos honeſtaret regia, qui illi viciſſim honori eſſent futuri. Et quid quæſo non illuſtrabit tam varia eruditio, tã abſoluta rerum omnium cognitio, tã ſacroſancta in q̃cunq; Philoſophię parte maieſtas tot ãni ĩpenſi erudiẽdę ĩgenuę iuuẽtuti: idq; i clariſſimis totius orbis gymnaſijs, in florẽtiſſimo auditorũ cœtu? At ſtultus ego qui craſſiori quadam minerua generatim loquor. Cur non ſingulas potius ſpecies enumero? Cur ad ſplendidiſſima ipſa indiuidua non deſcendo? Caput eſt ordinis Andreas Noronius vir nobiliſſimus non minor literarum, & morũ celebritate quàm fuit fortitudine & armorũ dexteritate pater ille inclytus Ioannes Noronius frater Petri Villaregalenſis marchionis: Qui me externũ hominẽ ſic fouebat, & ſubleuabat, vt nõ minora

mihi

mihi ocia faceret, quã ſuis quonda Fla-
co, & Maroni mecęnas. Andreas tamẽ
iure hereditario fidele in regem ſuũ no
ſtrãq; hanc academiã obſequiũ præſta
bit. Vtinam felicius quam pater. Quã
quam non debet infelix cẽſeri fatum il
lius incõparabilis herois: qui tot rebus
feliciter, ac fortiter geſtis in mauros,
pro domini cruce, pro Regis ſui gloria
tranſfixus maurorum haſtis animam
exhalauit. Claudit huic dextrum latus
Pratum vernis Theologiæ & ſuaue olẽ
tibus eruditionis floribus ornatiſſimũ
Quem adeo habuit inſignem Cõplu-
tẽſis academia, adeo in Philoſophia, &
cathedraria Theologiæ functione ver
ſatũ vt iãiam rude donandũ ad nos trãſ
miſerit: vbi per quindecim circiter an
nos quanta cum dexteritate, primaria
functione Thomã ſit interpretatus, te
ſtes ſunt multi eruditorum greges, qui
talem paſtorem incomparabili ingenij

acumine, quo ille plurimum valet, refe
runt, & imitantur. Hunc ſequitur. Mar
cus ille Romerus, alter profecto Natha
naeli quo dolus nõ eſt, Hęc eſt illa ſim
plicitas quæ decet veros diuinę legis in
terpretes. Nam quem admodũ omnes
diuinæ literæ a ſpiritu paracleto profe
ctę ſunt: ita ſanè nunquam bene per au
res in pectora tranſmittuntur, niſi per
illos viros quos idẽ mouet ſpiritus. Me
rito itaq; veteris teſtamenti myſteria
huic viro credita ſunt: cuius eruditio ni
hil nõ ſolicitabit, cuius ſanctitas ita diſ
cipulis tradet omnia, vt intelligant late
re in cortice nucleum eruendum labore
& pietate. Adeſt ſtatim Martinꝰ Ledeſ
mius vir non minus literis, quàm mona
ſticha religione ſuſpiciẽdus. Cuius ani
mi candor ita cum eruditione certat, vt
non minus vinci, quàm vincere gaude
at. Qui a primis, vt græci aiunt, vngui
culis, in præclara, ac vere Theologica

Aqui

Aquinatis doctrina hoc eſt, in domeſti
ca luce verſatus, eam partē maxime co-
luit quę moribus hominum componen
dis, quæ vtriq; iuri enucleando nata vi
detur. Q uod primum feliciſſimum do
ctrinę genus inuexit Salmanticam Ma
gnus ille victorienſis Frãciſcus e cuius
fonte Martinus hauſit. Q uo te piaculo
taceam Pai Roderice vir omnibus nu-
meris abſolutiſſime? Hic eſt ille qui in
media Pariſiorum Academia lectiſſi-
mos primũ iuuenes Ariſtotelica Philo
ſophia feliciſſime inſtituit. qui per om-
nes eruditionis gradus, & diatribas ad
ſummũ doctoralis Coronæ apicem ita
peruenit, vt oībus fere anteiret. Q ui
hanc noſtram Academiam ingenio, do
ctrina, prudẽtia ita exornat: vt nulli mi
hi poſtponendus videatur. Qui deniq;
ad noui teſtamenti ſacraria, & adyta ſic
penetrat: vt etiã ſi nondum ciſſum eſſet
velum antiqui templi, ex medijs tamen

 cheru

cherubim, ex arca & typicis myſterijs Chriſti crucē extorqueret. Quam ſemper cũ Paulo, cum Ioanne, & cæteris canonicis ſcriptoribus tanta facundia prædicat, vt etiam aliarum diſciplinarum myſtas magna frequentia ad ſe trahat. Quis tamen ille eſt: quem ſic comitãtur reliqui feré omnes filij magna cũ ſtirpe nepotum? At, quis ſtrepitus circa uirum Quantum inſtar in ipſo eſt. O venerãda hominis canicies. Sed cruda illi viridisq; ſenectus. Vix corpus habet, qu·a ſpiritu ad deos monogrũmos accedit. Quis nõ venerabitur hominẽ etiã de facie tantũ notũ, tã multis alioqui nominibus clarum? Hic eſt Nauarrus ille cuius nomine, cuius gloria, cuius eruditione plenum eſt, quidquid literis nobilitatũ eſt. Non Gallia cuius ampliſſimam Toloſam docuit, nõ Complutum vbi Philoſophiam & Theologiam didicit, non Salmanticã quã multis annis multis diſ-

cipulo

cipulorũ myriadibus exornauit, nõ deniq; Conimbrica quã per duodecim circiter ãnos erudiuit, nullus locus, nullus angulus quemmodo hominũ veſtigia preſſerint, tuum nomen ſilebit Nauarre literarum, & ſanctitatis decus eximium. Silentium non emit qui liberos & libros edit. Clamant liberi, clamant libri Nauarrum in terris agere, natũ ad hominum vtilitatem, non ſolum ſtudiorũ cultorẽ, ſed ſtudioſorum mecęnatem. Adeo quidquid habet in medio habet. Cæterũ, vt inſigne aliquid dicam & elogium de te faciã. Sit hic titulus tuus veriſſimus. Nauarrus ius canonicum conſecrauit. Quis quæſo ante Nauarrum inter iuris canonici candidatos aut ipſius diuinæ ſcripturæ nomen, aut Scholaſticæ Theologię vllam legit paginã? Poſtquã vero tua Nauarre pietas vtrũq; alteri coniunxit, hoc eſt riuulos retulit ad fontem, iam inter iuris canonici,

ſtudi

ſtudioſos Petrus, & Paulus, Thomas, & Gerſonius, frequentius quam Baldus, Abbas & Philinus audiātur: Canoniſtarumq; controuerſiæ non longe abſunt a Theologorum Paleſtra. Macte igitur eſto hoc diuino inuēto Nauarre vir vndecūq; doctiſſime perge, ꝑge vt cœpiſti de genere humano bene mereri. Cęterū vt oſtēdam verū eſſe quoddudum dixi Nauarrū liberis, & libris celebrari: enſequit̄ haud pœnitēdi magiſtri diſcipul⁹ itē haud pœnitēdus. Hic eſt Morgus ille vegius librorū Helluo. cuius ꝑtinax in vtroq; iure ſtudium tam multas commoditates noſtris hominibus peperit, vt iuuenes ſtudioſi bonam ꝓfectus ſui partem huius ſummæ diligentiæ acceptā referant. Latet ſemper domi margaritas colligens. Non poteſt tamen latere tam inſignis brobitas, tāta vitæ integritas. Deniq; is Morgus vegius eſt cuius animi candore, & euangelica ſim

plici

plicitate atri intendum adoleſcētię mores in candorem Chriſtiannm vertantur Adeo verum eſt quod dici ſolet, ſtudia abeūt in mores. O felicem hominē a quo nemo diſcedit non doctior, & melior. Hūc ſequitur Manuelus Andrade vir in iure canonico conſultiſſimus cuius ſummam indocēdo diligentiā amamus, & memoriæ tenacitatem admiramur. Et quoniam eò loci ventum eſt vnde iam Cæſareos duces contueri poſſumus, non poſſum iterum atq; iterum inuictiſſimi, & liberaliſſimi regis noſtri non admirari pectus illud tātopere in rem literariam, hoc eſt in R. P. amplitudinem, & vſum propēſum, Qui exēplum Caroli magni ſecutus, non contentus ſuis quos habet admiraculū vsq; doctiſſimos, ex Germania Scotia, Gallia, ipſaq; demiq; matre omnium literarū Italia viros doctiſſimos magnis beneficijs, & ampliſſimis ſalarijs euocarit.

Inter

Inter quos primas parteis tenet primus iuris ciuilis interpres Fabi⁹ ſuo iure maximus, qui ampliſſimo rectori latus ſiniſtrum claudit. Quid primum, quid ve poſtremum in hoc doctiſſimo vire celebrem? Si iuris prudentiam in eo cõſideres, huic tantũ rei natus videtur, nihilq; aliud i toto vitę cuniculo meditatus. Ita iuris vniuerſi loca memoria fœcundiſſima complectitur. Ita labyrĩthos autorum certo iudicij filo expedire ſolet: & multa confuſa ac diſperſa ad ſuos fõtes reuocãdo colligere, & exponere, Si rurſus ad melitiſſimam hominis conſuetudinem animum conuertas: nõ deſiderabis illam eutrapeliam quam prædicat. Ariſtoteles, illam vrbanitatẽ quæ ipſã vrbẽ Romã redoleat vt loquitur Quintilianus. Dices hominem nõ inter tetricas muſas, ſed inter illas mãſuetiores in media aula natum, & educatum. Si rurſus tam multas legationes quas ad Cæ

ſa

ſarem ad magnum Turcarum Pharaonem, in Damaſcũ vsq;, & Memphim penetrando obierit, animo ſequaris, vt non poteris non laudare Vlyſſeam prudentiam, ita profecto creſcet magis & magis admiratio: qui potuit ſupereſſe locus literis in tam lõginquis peregrinationibus? Nam hæc rara eruditio, mihi credite, non ſolet per temporis interualla non imminui, & debilitari. Poſt tot igitur peragratas terras, poſt tot florentiſſimas academias quas in Germania, & Italia nobilitauit: Hãc noſtram in orbis fine ad Herculeas Columnas poſitam, hoc regium opus multis de cauſis illuſtre, illuſtrabis & ipſe quod ad felicitatis tuæ Colophonẽ pertinere putaueris Fabi eruditiſſime. Hunc ſequeretur Coſtẽſis Emanuel, vir ad ius ciuile non minus quàm ipſe natus Papinianus Nam & latini ſermonis ꝓprietate quæ in iuris ciuilis autorib⁹ plurimũ eminet

&

& ingenij acumine quo nō præſtātior alius, nihil eſt tam abſtruſum, & abditum quod nō feliciter depromat, deprōptum illuſtret, illuſtratum ea facilitate diſcipulis tradat: vt aperte intelligant in ea re multos antiquitatis proceres falſos fuiſſe: verumq; eſſe illud, tempus ꝑficere atq; ſapere: & Iuniores pomiliones eſſe in collo gygantum. Declarant hæc quæ dicimus hominis ſcripta nuper in lucem edita terſa, & expolita ſublimi & recōdita eruditiōe plena. Qui vt fortius ſtet in acie, vt etiam cū Achille manus conſerat, non gregario aliquo milite, ſed Hectore ipſo claudit latus. Hic non Hectoreis tantum ſed Herculeis viribus cum iure ciuili congreditur. Quid poteſt eſſe tam impeditū quod Hector non expediat, tam obſcurum quod non illuſtret, tam reconditū quod non inueniat? Iudicio nimirum pollet, cuius ope inter cæteras omnes diſciplinas

nas

16

nas ius vtrumq; maxime eget. ne inge- nij celeritate quæ priſci ſummo cum cõſilio, & prudentia ſtabiliuere, corruant & eneruentur. Sequitur alterum Italiæ lumẽ ſpes altera Romę Aſcanius qui ita ſobrie ac prudenter ius ciuile tractat, vt qui ãtiquitatis candorẽ deſideramꝰ: qui omnes diſciplinas ad fontes reuocatum iri gaudemus: qui ſophiſticas nugas a quacunq; Philoſophiæ parte per viros prudentes exulare triumphamus: iure illud Maronis de Aſcanio noſtro aliter vſurpemus. Omnis in Aſcanio magni ſtat cura ſenatus. Quid nõ poterit. hęc iuris peritia ex Alciati fontibus deriuata? Quid non poterit hæc eloquentia ad viuam Ciceronis imaginem expreſſa? Certe ſi fieri poſſet, vt relicto illo loco in hunc deuolaret: non Hercules Atlanti, ſed Vlyſſes ſuccederet Aſtianacti, Conſultũq; melius eſſet auribus tuis delicatiſſimis Princeps ſereniſſime

tanta

tāta ille ſuauitate erat peroraturus. Sed iam tādem iuris peritorum claſſē imo vero totam iuris prudentiam abſoluit. Pinellus non ſolum iuris, ſed iuſtitiæ etiam conſultus. Quantus hic in iure ciuili ſit mox audies Princeps sereniſſime, qui huius ampliſſimi ordinis decreto apud te de iure diſputabit ea eruditiōe, & prudentia qua iam non ſemel ex hoc ſuggeſto ꝓpoſitis ſupra mille theſibus nominis ſui gloria vniuerſā Hiſpaniā impleuit. Succedūt medicorū filij, qui vt melius habeat animus, corpus animi domicilium reficiunt & recreant. Horū aciem Reynoſus auſpicatur vir incomparabili eruditione prędītus. gręcis iuxta atq; arabicis familiaris ī Gallia & Italia ad pedes Leoniceni diu ac multū doctus, ipſa etiam ἐμπειρία, & veneranda canice ita clinicus vt nō ſit veſpullo hoc eſt empiricus & literis & experimentis alter AEſculapius. Dedit nobis eadem

Com

teruallo reuocet ad ſobrietatē, & morū cōpoſitionē. Hæret huic Fabricius non ille Roman⁹ paruo potēs ſed gręcus omniū doctiſſimus cuius abſolutiſſimę eruditiōi multū debet heleniſmus, ſicut hebraiſmus Euſebio vita & literatura pio per cuius man⁹ veros, & illibatos diuinę ſcripturæ latices ex fonte bibūt ſacrarū literarū ſtudioſi. Reliqui omnes quorū inmenſus eſt numerus, ne tędio tā prolixa oratione ſim, ſilētio pætermittantur Quos tamen de. R. P. olim benemerētes non tacebit grata poſteritas. Deficeret me profecto dies ſi collegia, cœnobia, gymnaſia, alia ſuper alijs Regis noſtri priuata & publica beneficia recenſerem: ſi illos viros ad hunc catalogum vocaſſem qui in Regio collegio humanitatis & Philoſophiæ literas profitentur: omnes profecto ſummos, omnes in erudienda bona iuuentute dextere verſatos, inter quos, eloquētiſſimos eſſe oratores

tores, dulciſſimos pœtas, grauiſſimos etiã libris editis hiſtoricos certo ſcimus Quare agite viri Luſitani priſtinã auorũ virtutẽ iterũ ad vitã reuocate: Africã, Indiã, & tã lõge ſe poſitas gẽtes vincite, & in formã ꝓuinciæ reuocata Naſcantur iterũ Meneſij, Noronij Cotinij & alia gẽtis veſtrę lumina ĩ turcas, ĩ Cãbaios, inq; vniuerſi Chriſti euãgelij hoſtes Caſtri, & Maſcarenij res ſupra omnem fidẽ gerãt. Excitetur rurſus Dienſis arux quæ prudentia, conſtantia, & fortitudine omnes vbiq; res præclare geſtas ſuperet Habetis hic oratores qui veſtra pręclara facinora orationis maieſtate exornent, & amplificent, poetas qui diuino Carmine immortalitati cõſecrent, hiſtoricos, qui victuris chartis poſteris tranſmittant Agite viri Luſitani, Templa dedicate, arces erigite, vrbes munite, vias ſtermite, leges ferte ad euangelij Lucem Barbaras gẽtes vocate

Complutenſis ſchola Francum virum
mehercule medicorum peritia tinctũ
humanitate, & induſtria omnibus cha
riſſimum, bene natum, bene educatum
virtututibus exornatum. Qui cultus diſ
peream, ſi non maxime decet medi
cos: medicus enĩ dei optimi maximi in-
ſtrumentum eſt: quo ille vtitur ad ſer-
uandum genus humanũ per illa omnia
quæ ſũmus ipſe rerum parẽs in vſus no
ſtros cõdiderat. Allicit adſe omnes ſum
ma modeſtia, & varia literatura Ludo
uicus græcus Galeni græci interpres in
genij monumentis magna cũ laude do
ctiſſimis quibusq; viris Charus & ſuſ
piciendus. At quo te crimine tacebã Pe
tre Nuni eruditiſſime? Putabam ne iſe
riorem rem medicam iſta tui ingenij fe
licitate? Certe nulla eſt diſciplina homi
nis quamlibet ſublimi ingenio inferior
Rapuit te tamen diuinæ Matheſeos a-
mor a terris in Cælum vbi cum non ſi

morbis locus merito non ſcientiam ſed medicinæ vſum repudiaſti. Felices ani mi quibus curę fuit cælum hæreditate poſteris tranſmittere. Multos habuit antiquitas Archimedes noſtra tamen ætas vno Petro contenta eſt non enim naſcuntur frequenter adamantes, vt ra ritas in precio ſit. Quid dicam de tua in vniuerſæ matheſeos diuinitate omni bus numeris abſoluta eruditione? Vno verbo omnia complectar. Per te factũ eſt, vt princeps noſter, Ludouicus, cui terra punctus eſt, latiſſimos illos mun di orbes cõtempletur. Dignã profecto Principe contemplationẽ in qua nititur animi q̃ es vbi poſtea a corpore laxato certus futurus eſt & definitus locus, quo beatus æuo ſempiterno fruatur. Sequi tur moralis philoſophiæ interpres do ctiſſimus Bordalus, qui cenſoria graui tate vitam politicam ab Ariſtotelico, & Platonico præſcripto longo poſitam in terual

cate,& tandem liberos vobis dignos ꝓ create. Theologos habetis, iurecõſultos medicos, Philoſophos, & grammaticos quorum prudentia, omnia vobis cadãt felicius. Poſt deum igitur optimũ maximum cuius prouidentia omnia gubernãtur, Regi noſtro ĩuictiſſimo immortales gratias agite. Cuius animi benignitas, & altiſſima ſapiẽtia in medio huius ampliſſimi regni hoc muſeum tanta eruditionis, & bonarum artium luce conſpicuum, in tam multos. R.P. vſus erexit. Quas tibi eaſdem agimus Princeps sereniſſime, qui tantũ fratris opus nosque tibi deditiſſimos hodierno die tua præſentia illuſtraſti.

# Oratio funebris

QVAM IN FVNERE
inclyti Eduardi.F.D.N.R.
habuit Ioannes Fernan
dus Rhetor Conim
bricenſis.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

*Apud inclytam Conimbricam.*

# IOanni Tertio

LVSITANIAE ET ALGAR *biorum. Regi inuictiſsimo, Africo, AEthiopico, Perſico, Indico, Principi Pijſſimo Ioannes Fernandus Rhetor Conymbricenſis. S. Victoriam, & ppetuã exoptat felicitatem.*

HVius Regiæ vniuerſitatis tuæ ſenatuſcõſulto Rex inuictiſſime, ardua illa prouincia fuit mihi demãdata Laudarem fere ex tempore Eduardum tuum, Regium Sanè Iunenẽ & dignũ meliori fortuna. Quinetiam

etiam veterē, iam tēporis iniuria anti-
qua tum morem reuocarē: quo & Grę-
ci, & Romani viros in. R. P. Principes,
& illuſtres fœmina in ipſo funere pro
roſtris laudabant, vt iuuenes præcla-
ris exemplis ad ſtudia virtutum incen
derent: & hominum animas immorta
les atteſtarentur, quas hoc genus laudi
bus delectari arbitrabātur. Feci quod
potui Rex inuictiſſ. triduo ſum hoc am
pliſſimo negotio functus: an perfūctus
neſcio. Et alioqui ſtatutum mihi erat:
hoc quidquid operis eſt, cum alijs mul
tis noſtris aut vulcano conſecrare: aut
hæredi mādare: qui nactus forſam me
liorē genium, ſi iudicaret fore e. R. P.
Ederet in vulgus: Iam morte inuidiam
ſuperante. Quod tamen hoc mihi mi
nus licere intelligerē per quoſdam no-
minis mei aut, vt verius dicā, rei ipſius
ſtudioſos, mutaui conſilium. Et ratus
magnum eſſe piaculum, ſi ad celſitudi
nem

nem tuam hoc opuſculum aliunde ve-
niret: quale quale eſt, tibi offero: qui
multo pluris (quæ tua humanitas eſt) of
ferentis animum, quam rem ipſam ſis
facturus Faxit deus op. max. vt qui nũc
dulciſſimi filij tui epitaphiũ diximus:
felicius & vberius Ioannis Principis
noſtri ſereniſſimi res clariſſimas, Iu-
ſtos triumphos, ac niceteria dicamus.
Fortunet deus cuncta quæ argis Rex
inuictiſſ. Vale. & rem literariam, quod
nunquam non facis, in melius ſemper
prouehito.

MIRABAR RECTOR āpliſſime, grauiſſimi pr̄es generoſa, & ſtudioſa cōcio in illud ius habere orationē: in quo ſuccūbit natura, Q uis ea ſimul vnquam vidit, quæ frontibus pugnāt aduerſis? Nunquam lux ita effunditur tenebris vt alterius ſubſtantia non eua neſcat Male conuenit inter bonū & ma lum: vita & mors nequaquam eadē ar- bore nidulant̄? At vero oratiōis vis (in tantum valet oratio) merorem & iucun ditatem ſimul fabricatur: Simul per au res tranſfundit: Simul in auditorum pe ctora immittit: mentis arcem inuadit ſimul, & retinet. Si caſus aliorum mi- ſerabiles legis: ipſa ſanè miſericordia iucunda eſt. Quē enim nō eum quadā miſeratione delectet, moriēs ille apud Mantineā. Epaminūdas? Non poteſt temperare a lachrymis Auguſtinus, dū necē Didonis apud Maronē legit: qua

tamen

tamen in re ſumma delectatione capie
batur. O magna humani ingenij fœcũ
ditas, quemadmodum naturam rerũ
omnium matrem vinceres: excogitaſti
Vnde tamen hoc factum dixeris? Nun
quid ex dulci & numeroſa orationis cõ
poſitione, ex ornamentis & figuris, ex
vultus & geſtus moderata venuſtate,
quibus omnia alit orator? Eſſent hæc
aliquid. Hæc tamẽ interdum legimus
non audimus. & apud illos nonum quã
hiſtoricos, qui aut has dicendi veneres
ignorarũt, aut ex induſtria prętermiſe
rũt Vnde igitur? Ex ipſa profecto ora
tionis natura, & dignitate: ex illo admi
rabili nexu, quem nullus Phidias imite
tur: quo verba rebus maritantur: ex ip-
ſo materiæ nitore, qui emicar interdũ:
& inter mœſtitiæ fumos emittit neſ-
cio quas iucunditatis ſcintillas. Quod
ſane vbi ſemel dederis, & ſi nõ ſit nr̃æ
ea orationis compoſitio, que rithmis,
per

pæonibus, creticis, & anapæſtis aures veſtras delicatiſſimas demulceat ſi non illud ſententiarum pondus quod detineat: vel vna tamen materiæ dignitas iucũdas has lachrymas extorquebit: non letitię, ſed mœroris: quas tamẽ iuuet effudiſſe. Quẽ lugemus hodie adoleſcentes florentiſſimi? ipſum adoleſcẽtiæ florem: Iam emarcidum: Iam pedibus procultatum mortis: & quod magis dolet, ante fructum: ah deus bone qualem fructum ſi licuiſſet peruenire ad maturitatẽ. Quem lugemus hodie viri ſtudioſiſſimi? ipſiſſimam ſtudiorum ſuauitatem, ipſiſſimam literarum ideam. O infelices literas quæ tantum Meceæntem, perdidiſtis. Quem hodie deflemus doctores grauiſſimi, theologi ſacratiſſimi, philoſophi ſagaciſſimi, oratores eloquentiſſimi, pœtæ dulciſſimi, dialetici acutiſſimi, grãmatici eruditiſſimi? Theologum ſane, philoſo

loſophum, oratorem, pœtam, dialecti-
cum, & grammaticum. Iam ille diſci-
plinarū circulū abſoluerat. Theologię
enim deſtinatus, vt felicius perueniret
ad metam: per omnes illas ſtudiorum
amœnitates iter fecerat. O miſeram
muſarum ſortem: quę tam cito veſtem
candidam mutaſtis in pullam. O quan
to plures ſtudia theologiæ ſequerētur
tanto p̄eunte heroe. O quanto certius
ſcirent homines, diuitias huius mundi
eſſe carbones inflare cæteras diſcipli-
nas, hanc vnam admonere hominem
ſuæ cōditionis: & deum habere ſemper
ante oculos. Agite uos viri religioſiſſi-
mi, qui naſcentis eccleſiæ puritatē pro
fitemini, qui ī carne agitis extra carnē:
qui mundo nuntium remiſiſtis: dabitis
ne uos iuſtas huic funeri lachrymas: prę
ſulem profecto perdidiſtis. at bone de-
us qualem pręſulem. Sanctum, pium,
integrum, educatum apud viros reli-
gioſos

gioſos ipſum religionis columen. O mi
ſeram Conimbricam tanto & diuę cru
cis præfecto, & epiſcopo ſimul orbatā.
Nondū tepuerat Georgij præſulis vr-
na: & velut illius diuini viri reliquijs mu
nificentiæ alebantur viduę, virgines lo
cabātur, pauperes domini experiebanť
verū eſſe illud, aurum habet eccleſia,
non vt poſſideat ſed vt det pauperibus
& en tibi continuatis funeribus, a ſpe
ſua decidit Conimbrica: quam regius
hic præſul excitarat. O rem dignā tra-
gœdia aut ſi quid eſt acerbius tragœ-
dia. Tu vero pater optime Coſtēſis olī
iuuentutis moderator, iā noſtri cœrtus
ductor & tantis pręfectus Scholis, eris
tu forſam ſiccis oculis & ſine lachrymis
o vtinam non totus in lachrymas ſolua-
ris & rumparis in ſuſpiria. Alumnum
illum dulciſſimum, illum Eduardum
tuum, meū, noſtrū nōdum credis extin
ctum: Requiris inter viuentes: tam dul
ci bono

ci bono momento tẽporis ſpoliatus. Vt voluiſſes canis iſtis tuis flauos illius capillos commutare: Subire vicem illius ſi ſæuę mortis imperium non vinceret omnem inuidiam. O mors inuida decerpis acerba, tranſis per matura, poma relinquis in matre nieta, fugis amantes, ſectaris fugientes. Hęc eſt materia orationis noſtræ viri ſtudioſiſſimi. Quis talia fando tẽperet a lachrymis? Vt tamen aliquid dicamus, ponamus affectus: & dum eum depingimus cuius crudele & immaturũ funus celebramus, aures queſo veſtras mihi. quæ veſtra humanitas eſt, præſtabitis attentiſſimas. Ibit, oratio per ſua mẽbra Antiquitatis veſtigia ingrediemur. Quæ ante eum fuerint: q̃ geſſerit tã breui vitæ gyro: quæ poſt eius fatum futura eſſe credamus: dicendo breuiter explicabim⁹. Putabã ſtultus ego ignaram eſſe mortis nobilitatem. Quis crederet Regiam purpu-

 ram

ram, plenã maieſtatis tiarã funeſtiſſimæ morti ſubiectã? At vero cũ verto oculos ad antiquitatẽ, nemo eſt mortaliũ, qui ita ſeſe mortuos teſtetur ac Principes. Quid aliud clamant barbarę ęgypti Pyramides, cariæ mauſolea, noſtræ etiã ætatis ad inſaniam vſq; picta ſupulchrorum marmora? Et vt deſinã nugari: Chriſti aſſertoris noſtri ſepulchrũ vel deũ ipſum, qua parte potuit, mortuũ teſtatur. Vt deſinãt tandẽ homines hãc miſerã vitã perpetuã ſomniare. Si nobis adhuc hac in re nõ ſubſcribis, Euolue huius Principis quẽ deflemus a capite ſtẽmata: Quæ omnia iã fere in cineres abiere. En tibi atergo Alfonſi Primi oſſa: qui hoc florẽtiſſimũ regnũ proprio diademate inſigniuit. Qui exiguis primũ ſpatijs tam latum fecit eiectis fœdiſſimis mauris, recuperata (vt alia omittã) *illa* nobiliſſima vrbe Vlyſſipponẽſi q̃ vna regios titulos pulchre

ſubſti

ſubſtíneat. Erat ille pietate in deũ ardẽ
tiſſima, inſigni in ſuos charitate. Et qr̃
imperiũ crucis dilatabat, meruit videre
ſignũ crucis in quo vinceret. O vocem
illã huius Principis egregiã dignã im
mortalitate apud poſteros. Cũ eſſet iã
confligendũ cũ tã multiplici quinq; re
gũ exercitu, obtulit ſeſe illi viſẽdũ chri
ſtus redẽptor noſter pendẽſe cruce: bo
noq; vt eſſet animo iuſſit: cui ille nõ mi
hi dñe ait, ſed ꝑfidis. O egregiũ fidei
ardorẽ, legeret nimirũ illud euangelij
generatio praua ſignũ petit. Illę igit̃ vi
trices manꝰ, illa fortia brachia, coloſſea
illa corporis moles hiſce frigidiſſimis
marmoribus cõcluſa iacẽt. Aurũ vides
foris, medios & totos e marmore vultus
Praxitelis artes: itus tñ habitãt vernes
nudãtur oſſa & exinaniũtur in cineres.
Vides alterũ filij ſepulchrũ. Hic iacet
magnanimus illi ſanctius Alfõſo patre
dignꝰ. Perſequutus eſt ille bello mauro

rũ reliquias&ſi ꝑ fata licuiſſet vniuerſã Bæticã luſitanie ſuę adieciſſe. Quoties vidit illũ pugnãtẽ bætis? Nõ ſemel formidauit ĩclyta hispalis fulmineo gladio multas ſuorũ turmas occidentẽ. Præluſit hic ſanctiſſimo Fernãdo qui poſtea recepta Bętica, & ſuſcepta aꝑfidis ac iniquis poſſeſſoribus Hiſpali, inter diuos habitus eſt. vt nõ poſſit iã diuos nõ augere Sãctius qui viã munitus eſt, quã Fernãdus ingrederetur. Et hic tantus ac talis fuit quondã. Vbi Alfonſus ſecũdus cuius auſpicijs ſanctiſſimæ Hieroſolimorum vrbi inſtructa claſſis auxilio fuit? Vbi Sãctus cognomento capella cœleſti magis quam terreſtri Regno dignus? Vbi Alfonſus tertius Algarbiorũ titulo clarus? vbi Dionyſius ille parta Luſitaniæ libertate & ĩmunitate inclytus? vbi Alfõſus quartus illuſtri illo ad ſalſas aquas prælio deſideratis q̃drĩgentis maurorũ millibus nulla vnquã

ætatis

ætatis injuria obliterandus? Vbi Petrus cognomento crudelis, inſigni tamē iuſticia venerādus? vbi Fernādus expugnatis quibuſdam Caſtellæ oppidis, quę poſtea pacis cōditionibus reddidit ſtrenuiſſimus? Vbi Ioannes ille primus heroica virtute & genio quodā felicis Luſitaniæ E magiſtro melitiæ vocatus ad regni faſtigium? Hic eſt ille ter maximus qui collatis ſignis Caſtellanos gentem bello ſtrenuam vna cum Rege fortiter ſuperauit. Huic debet Luſitania Affricæ acceſſionē, huic debet Caſtella ſuam incolumitatem. Nā quid aliud fuit Septēſem vrbem fortiter & ſumma cōſilij caliditate excipere, quam ſuę R.P. pœmeria dilatare & vicinis lætam ſecuritatem, ac feſtam pacem parere? & hic etiam cum tam multiplici liberorum prole mortuus eſt. Non potuit a fati neceſſitate vindicare Alfonſum Eduardi filium egregia & viuida bello virtus

tus.qui zeliam, qui Tingi & Alcaçarem Africæ vrbes bello expugnatas iperio Luſitanorum adiecit. Nõ Ioãnem ſecũdum virum tamẽ impigrum & in ſuos non iniuria ſæuientem. Non tamen fugit diram mortem: quam in multos tanquam in capitis ſui inferias prius deriuarat. Debemus tamẽ huic tempeſtati ſequentẽ ſerenitatem Nactus eſt auitũ regnum Manuellus vir manſuetiſſimo ingenio, altiſſimo cõſilio, ſumma felicitate. Hic quę prius Henricus infãs reptis in occeano inſulis veſtigia preſſerat altius ingreſſus, felici ſidere deſitam iã olim Hiſpanorum nauigationẽ reſtaurauit. E orientis populos non ſolum leges & cultum humanum docuit: verum & doctrina euangelica imbuit. Vt qui arbitrabãtur iuga ſeruitutis capere: nouam euangelij luce libertatem nanciſcerentur. Mirum ſane dictu, admiranda adeo rerũ felicitas, viſenda nouitas

emi

emigrarat illa ætate ab indis i luſitaniā Omnia auro & gemmis colluſcere, omnia nobilibus viris ſplendeſcere, omnia experiētibus ducibus, ſtrenuiſſimis militatibus, pręclariſſimis & domi & foris rebus geſtis colluſtrari, Adde his Marię cōiugis ſanctitatem eximiam: adde regiæ prolis inclytam multitudinē: & quod omnem vinceret felicitatem iam regem deſignatum Ioannem noſtrum qui velut hercules alter tantum pōdus defeſſo Atlāte ſubſtineret. Certe varię ſūt fortunæ vices, at vero in eo rege eū dē iugiter ſeruaſſe fertur felicitatis tenorem. Q uò enim ille viueret, & moreretur feliciſſimus, circundatus dulciſſimis pignoribus feſta pace moritur & in noſtrū tanquā in regni hæredē acerhiſſima ſuorū funera tranſmiſit. Vidit hic morientē fernandū fratrē regia quadā maieſtate & illuſtriſſimis titulis ꝑfulgētē, vidit ſublatā de medio inclytā illā vi

D iiij raginē

raginē Subaudię ducis vxorē. vidit au-
guſtā ſororē quā ſplēdidius multo quā
feciſſet pater cæſari collocarat, quid pa
trem purpuratum Alfonſum virū piū
& magnanimū quid Eduardum lectiſ-
ſimum iuuenem memorem: raptos om
neis in ipſo iuuētutis flore. De liberis ni
hil dicamus quos tam multos continua
tis funeribus iam reges deſignatos ex-
tulit. Genuit prima adoleſcētia hunc no
ſtrum Eduardum non ſolum patris, ve
rum etiam quod de Tito ſcripſit Sueto
nius humani generis delitias, Qui a pri
mis vitæ incunabulis humiliter, pie, &
religioſe educatus literarum etiā orna-
menta natalium ſplendori adiunxit: vt
nulla nō ex parte eſſet admirādus. Cui
non eſſet admirationi illā in penetran
dis liberalibus diſciplinis ingenij dexte
ritas: linguæ latinæ facilitas & quidam
velut atticiſmus: vt circūducebat perio
dos. vt ludebat clauſulis & epiphone-

matis

matis.vt ducebat ex locis ipſis ſentẽtias qua ſtructura verborum,quo rerum põdere ſeſe totũ ad Liuij imitationem cõpoſuerat.&eloquentiæ latices ex lacteo Liuij fonte biberat, Præſtat huius rei ſpecimẽ inter alia multa quæ ſoluta oratione cõpoſuit Alfonſi primi hiſtoria quã ille ciuitate Romana donauit. vt nõ linguę vnius auguſtijs pręclara prĩcipis facinora intra vnius regiõis fines cõtinerẽtur:ſed linguæ latinæ maieſtate illa rerum geſtarũ maieſtas per omnium hominum & linguas & aures volitaret. Succurrit ꝓfecto demirari me ætatem adeo teneram condendæ hiſtoriæ,quæ res maxima ſemper deterruit ingenia, conſilium ſubiſſe. Hoc tamen nequaquam ſine numine diuum factũ fuiſſe credimus, vt rex ille claritate rerum geſtarum ſuſpiciendus, & admirandus regio hiſtorico nepote ſuo clariſſimo clarior & eſſet & haberet̃. Quin

etiã

etiam vt hiſtoria ipſa velut poſtliminio ſplendorem ſuum & dignitatem recuperaret Nam vt chaldeos, & ægiptios omittamus quorum annales ſacerdotum & principum calamo exaratos legimus: hebreorum & Christianorum hiſtoriam ipſe diuinus Paracletus per viros illos Sacroſanctos dictauit, & apud Romanos Cæſar, apud Græcos Thucydides nobiles ipſi ſcribēdæ hiſtoriæ munus nobilitarunt. Hoc vnū profecto deeſſe ad Luſitanię felicitatis cumulum videbatur: vt regia alioqui facta per regium hiſtoricum tāto cum eruditorum applaſu venirent in mundi theatrum. Nihilo erat profecto minor inde ducendus Carminibus felicitas. Vidi ego quædam eius epigrammata q̄ ille luſerat ex tēpore literis ſane tincta, breuitate acuta, vrbanitate ſalſa. Nō Catullū aut Tibullū deſiderares nō Martialis venā. Iā acumen eius i diſ

putando

putãdo quis non eſt ſępius admiratus
Diceres chryſippũ alterũ. Ita trahebat
argumẽta ex argumentis, vt ipſos vin
ceret dialectices męandros. In vtraque
philoſophia primas ſemper partes ha-
buit, & quaſi naturæ eſſet a ſecretis
philoſophiæ myſteria euulgabat, &
magnum Ariſtotelem habebat pene
familiarem. Noſtis viri ſapientiſſimi
quàm ſit illud inter doctos controuer
ſum, ſit ne e ſententia Ariſtotelis ho-
minis anima immortalis. Quod ſi ad
ea reſpicias quæ varijs in locis de prin
cipijs rerum de mundi æternitate, de
genito & ingenito diſſeruit, formam
hominis, eadem trutiua, qua animali-
um cæteras expendiſſe videtur: Sin
autem ad multa quæ alijs in locus ſcri
pſerat, vtpote animam aliunde aduen
tare, id eſt non à materiæ potentia &
δυνάμει & defunctorum animas. poſte
rum ſuorum bonis aut malis artibus.

lætari aut triſtari orthodoxæ pietati
calculum adieciſſe videretur. Quę om
nia Eduardus noſter heroico carmine
cõplexus velut Lucretius alter ſũmum
philoſophorum Principem a ſiniſtra-
tur piſſimæ hæreſeos opinione vindi-
cauit. Turpe me hercule ſemper iudica
ui & velut ἄπεϱος διόνυσου illum hoĩem ſua
ipſius opinione cenſere animam habe-
re cũ beſtijs cõmunẽ: qui doctrinæ ex-
cellentia & ingenij acumine, tam lõgo
interuallo cęteros homines poſt ſe reli-
querit: vt merito ad mentes magis illas
vltra mundanas accederet, quàm ad no
ſtras iſtas corporis ſarcina de preſſas &
humi iacẽtes. Debemus itaq; multum
Ariſtoteles ſtudioſi huius ĩclyti herois
manibus, qui turpem illam hominis no
tam abſterſit, & velut ſibi pręcinens de
animæ immortalitate ſcripſit iãiam fu
turus ĩmortalis. Has tamen & alias hoc
genus animi dotes vincebat orationis
maie

maieſtas,ad quã vnã diceres natũ ſi ad alias diſciplinas ſimul non anhelaſſet. Luſit non ſemel in Rhetorum vmbra in encomiaſticis,&epidicticis varius & picturatus Ad omnem poſopopœiam felix,in deliberatiuis ſolicitus & diligẽs Paucis diebus ante quam euolaret ad ſuperos in ſecretiori patris Regis cõcilio orationem habuit ſupra ætatem grauẽ & elegantẽ.Me miſerum hæc ſunt pręcocia illa ingenia quæ vt cultum ſui anteuertunt, ſic vitæ filũ abrũpunt ante tempus.Seceſſerat ille in ipſos muſarũ lucos,in præclarum Coſte cœnobium, vbi patrem noſtrum plurimum venerandum nactus vitæ Rectorem,& magiſtrum accitis vndiq; claris præceptoribus,cum literis,tum vero pietati operam dabat iam infulatus iam archiepiſcopi Bracharenſis titulos gerens quos ipſe magna ex parte illuſtrabat. O rerum vices,O inſtabilem humanæ vitę

ſcenã

ſcenam, quæ mortis arbitrio aliam & aliam faciem momento temporis accipit. Nuſquã eſt viri. op. Nuſquã eſt, mihi credite, vbi hęc mortis ſęuiſſima tyrãnis non inter turbet omnia. Læta triſtia excipiut. finis alterius nali gradus eſt futuri. Quid aliud agimus quẽ mori? Properat curſu vita citato, volueriq; die Rota pręcipitis uoluit̃ anni; Duræ peragunt penſa ſorores: Nec ſua retro fila reſoluunt. O dea infelix. non profecto nimpharũ ſanguinis vna aut phœbi ſoror, ſed noctis ac herebi filia; vitæ lucẽ fati tenebris mutãs ſpoliãs ſuperos, inferos augẽs inter vmbras inter furias, inter maiorũ ſcelera & vltrices pœnas ſceptra tenẽs, & dira agẽs ſacra mortuorũ. Vnde nã potuit prodire mors niſi ab inferis? Stygijs emiſſa tenebris. Mors fruitur coelo, bellatoremq; volando Cãpum operit nigroq; viros inuitat hiatu. Nil vulgare legens, ſed

ſedquę digniſſima vita futura, pręcipuos a nimis aniſq; augueuorat crueto, nõ potuit inquã aliunde prodire mors quã ab inferis, vnde peccatũ, quod eſt mortis ſtippendiũ? Serpentes lingua venenum geſtant. Et frigidus ille ſerpẽs cuius caliditatẽ ſacra hiſtoria demirat̃, humano generi venenum lingua effudit: & per mulierẽ ſæuiſſimã mortem fabricauit: Vt qui poterat non mori moreretur: & ille cuius natura prorſus erat mortis expers viã ad mortẽ inueniret qua mortẽ noſtram moriendo deſtrueret: Mortis õnia plena: quia cotidie morimur & nobis quodãmodo imponẽtes tunc mortuos vocamus, cum mori deſinimus. Legebã apud Homerum veterum ſacrifitiorum ritus, quos cæci illi homines in mactandis victimis obſeruabãt Bos primum ex vniuerſo armẽto eligebatur. Huius cornua auri fex incurabat quę vtriq; contingentes princi

pes

pes viri victimã deducebant: alij ligna parare, alij ſalſas fruges hi cultros illi pelues. & tandem inſignis hæc ſacrificij pompa incidebat in crudeliſſimam mortis lanienam. Vidimus pro dolor: vidimus regium iuuenẽ hac incedẽtẽ: non ciuitates, non municipia, non oppida, vici & Caſtella ſeſe continere poterant quin exirent obuiam officio. Omnes ille lætis oculis excipere, roſeo vultu verbis dulciſſimis affari Vidi ego cũ agerem Vlyſſipponi claudentẽ alterũ regis latus nam alteri hærebat auunculus Ludouicus qui vtinã neſtoreos viuat annos. Contemplatus ſum paululũ & certe ſi non mentiuntur ſtellæ quas vocant ſecundas, nil non pollicebatur abſoluta corporis elegantia. Diſpereã ſiquid vidi vnquam lætius, dignius aut maius. Quem poſtea quam ſum allocutus intellexi plane gratiorem multo venire pulchro e corpore virtutem. At

marceſ

marceſcunt lilia, flacceſcūt flores. Hæc pompa regiū iuuenē ducebat ad mortē. Heu crudelia fata præſtaret ſi per aures & nō per oculos hęc mors ingrueret. an credis ſupereſſe eos qui talibus liberis orbantur? Ignotos mouent iſta. Quis abrogauit naturæ leges? E ſenſibus bona ex parte conſtamus, moueāt velis nolis quæ per ſenſus penetrāt in animū. Natura ægritudines proueniunt quis enim ſua voluntate mœreat? veterestamen ſapientes naturæ cedendū arbitrātur. Neq; homines illos exiſtimauerim qui viris lugēdū negabāt: nō poteſt enī ſopiri officioſus dolor. Qui his in rebus premit alto corde dolorem,

Vulnus alit venis & cæco carpitur igni. Erumpet hæc flāma, & quanto magis tegitur tāto maius incendiū dabit. At multi fuerunt qui filios non luxerūt qualis. Q. maximus efferens filiū cōſularē, qualis Lucius Paulus duobus filiijs

paucis diebus amiſſis, & Marcus Cato filio mortuo prætore deſignato. Ego iſtos & alios hoc gen⁹, quos multos hēt latina hiſtoria ſi opinione aut ambitiōe filios non deflerunt, ſtultos exiſtimo, quos tamen arbitror plures & ardentiores animo lachrymas quam oculis effudiſſe, ſin autem natura tales erant qui quaſi lapides obriguerint cēſentor magis lapides quam homines, nil mea. Deniq; non arbitror profecto magis inter homines habēdos qui liberos nō luxerint, quā qui occiderūt quales legimus fuiſſe permultos. CHRIſtus aſſertor noſter plorauit & multis plorare ꝑmiſit. Quis eſt adeo ferreus quem non moueāt humanæ calamitates? Leges ipſæ quæ arma neci hominū ſubminiſtrant lachrymātur prius: vt chirurgus qui ne altius ſerpat gangræna vitioſū membrū lachrymabundus abſcindit. Sunt igitur viri opt. lachrymæ dignæ

tanto dolore, ſunt profecto, ſed Chry-
ſtianorum more lugendū non ethnico
rum. Quanquam & inter illos fuerint
multi qui ante natum Chriſtum Chri
ſtiane luxerint. Abſit igitur, vt infide-
les naturæ tantum lumine illuſtrati no
ſtram vincant fidelitatem etiam euan
gelij flāmis collucentem. An arbitra-
mini non luxiſſe filium aut Anaxago-
ram, aut Telamonem qui ad repenti-
num de morte filij nuncium illam iam
tot ſeculis decantatam vocē reddidit
ſciebam me genuiſſe mortalem? Imo
hæc ipſa verba moeſticiā præ ſe ferūt
quandam, temperatam tamen & mo-
deſtam, vt qui mortalis mortalem ge-
nuiſſet. Vultisne viri ſapiētiſſimi pro
ponam vobis exemplum iuſti ac offi-
cioſi mœroris, quod ſequi non pigeat?
Regē noſtrum humaniſſimum ſequa-
mur qui ita luxit filium vt meminerit
ſe eſſe Chriſtianum. Quod vt faciam

 per-

permittite me pauxilum Regiam per ſonam inducere hoc eſt Herculis Aſty anacta. Poſt æternum medicorum va- le: vbi primum cōclamatum eſt, defer tur cadauer ad beleniticum mauſo- leum, & indicto velut iuſtitio quodã in publico ciuitatis luctu recepit ſeſe Rex Chriſtianiſſimus, & poſt multas lachrymas ac frequentia imo e pectore ſuſpiria remotis arbitris hęc ſecum.

Mortuus eſt tandem. Nō potuimus tam ampla ditione miſerum adoleſcen tem a mortis faucibus eripere. certe di- gnus erat q̨ viueret. Sed aliter viſũ eſt illi qui momenta temporum diſpenſat Sumus homines. Mori poſſumus & de bemus: & ille mortuus pro nobis eſt qui mori nō poſſet, niſi hanc noſtram mor talem carnem induiſſet. At recrudeſcit hoc vulnus. Refricatur tam multorum funerũ memoria. Q uis abſtulit filios? dominus. Q uis fratres & ſorores? do-

minus

minus? Q uis tamen dedit filios fratres
& ſorores? dominus Sit igitur nomen e
ius benedictũ qui dedit & abſtulit. At
potuiſſet non auferre tã cito; potuiſſet
quidem ſed noluit. Quis eſt cõſiliarius
eius? Q uis audebit voluntatem illam
æternam ſolicitare? Pater op. tuum eſt
Regnum, tuus ego, tua vxor tui liberi
fiat volũtas tua in nobis. At illi innocen
tes mortui ego miſer peccator ſuperſũ,
benedictus deus qui illos rapuit ne ma-
litia mutaret eos. Benedictus deus qui
me patitur agere inter viuos vt pœni-
tentia redimã malefacta. Age igitur a-
periantur palatij fores, ſatis datũ eſt pa
trio dolori. Rex ſum & chriſtianus, ori-
ginem ducimus ab illis præclariſſimis
principibus quorum animi celſitudinẽ
nec depreſſit aduerſa fortuna, nec ere
xit proſpera. Eduardus noſter viuit a-
pud ſuperos, nõ moritur qui in Chriſto
moritur. Habemus igitur aduocatum

apud

apud deũ. Sẽtiant pauperes mutatum in melius conſilium. ſubueniamus viduis & pupillis, expediamus perplexa Regni negotia, admiſceamus iuſtitiã miſericordiæ. Pręparemus etiã nos ad mortem qui tã multos liberos mortales genuimus. Hæc ille quæ neſcio an ingenij culpa detriuerim. Nos autẽ viri ſtudioſiſſimi peccata noſtra defleamus: caducam mortalitatẽ noſtram ponamus ante oculos: non ſequamur Ciceronis inſaniam qui ſuperſtitioſos putabat quoſdam qui arbitrabantur dijs ĩmortalibus ſe facilius ſatiſfacturos ſi eorum plaga perculſi afflictos, ſe & fractos eſſe faterentur. Imo hæ ſunt vere lachrymæ, non falſæ meretricum more quibus deus & noſtra & aliorum peccata condonare ſolet. Nunc primum prodierat in huius mundi theatrum Eduardus noſter: literarum difficultatibus irretitus & religiõis vinculis illigatus nõ

po

poterat illis vitijs inquinari quę grauāt animæ alas, quo minus volet ad creato rē. Si quid tamen adhuc reſedit huma næ fecis purgatorio igni defecandū no ſtris lachrymis & ſuſpiriis poſt tā multas liturgias et ſacras nænias deus cōdo nabit, qui eſt benedictus in ſecula. Hoc agimus hodie pijſſimi adoleſcentes. Illum quem non tam longo ſtēmate inuictiſſimi reges, illum quem nō animi verus theſaurus virtutum dotes, illū quē nō abſoluta corporis elegātia & oris dignitas, illum quem tā multę diſciplinæ a mortis ſæuiſſima tyrannide non vindicarunt: aſſerent piorum ſuffragia in alterius vitę longe feliciorem libertatē vbi agens inter angelorum myriadas cum beatiſſimis illis fratum ſuorū animis, impetret a ſummo illo omnium patre, a redēptore filio, a paracleto ſpiritu ſoſpitet patrē, ſoſpitet reginam principem & ſororen. Parcat regio generi.

po-

ponat mors crudelis ſagittas, penſentur huius vnius Principis vita tranſacta funera. vincat huius felicitas omnium miſerias Regnet cum ſeniore ſenex, exerat caput Luſitania & priſcas auorum virtutes vel in vltimas mundi partes perferat.

## ERRATA.

Orationem côſecutura. Totum curriculis, coenobio. immatura oceanus ſuperarunt. curriculo. veſpillo. quies. reuocate: foeminas, victa, mortuû vermes adieciſſet. Calliditas pomoeria, &. illa Ariſtotelis volucri inaurabat. veræ.

[illegible]